



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Prophetia Apocalyptic S. Joannis Apostoli

Kircher, Heinrich

Coloniæ Agrippinæ, 1676

Verba Apocalypseos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39100

RENT me non sine præconio tui quod
DILEXERIM TE. Præterea QUO-
NIAM SERVASTI VERBUM
PATIENTIÆ MEÆ in modico
(numerus quippe gregis tui & poten-
tiae præ cæteris Aſta Ecclesiæ est exi-
guus;) ego SERVABO TE vicissim
in magno; ut non prævaleat tibi deſe-
ctio aliorum & HORA TENTA-
TIONIS super-VENTURA ha-
bitatoribus universi orbis. Veruntamen
tu quoque id QUOD HABES TE-
NE usque ad meum adventum: ut
CORONAM etiam TUAM NE-
MO alias præripiat.

3. Epilogus. Cautioni annexitur Parster-
promissio. QUI VICERIT profili-
gando errores, servaverit ipse verbum
& adduxerit multos per ostium Eccle-
siæ ad veritatem, FACIAM ILLUM
COLUMNAM IN TEMPLO æ-
terno immobilem è loco Beatitudinis,
& celebrem: cui INSCRIBAM hos
titulos ipsimet gloriosos; consors no-
minis DEI; civis NOVÆ JERUSA-
LEM, ejus QUÆ origine suæ ædifi-
cationis DESCENDIT DE COE-
LO A DEO MEO; imitator &
hæres nominis mei novi, quod est JESU
Sancti & Veri Salvatoris animatum.

Benè huic Episcopo Sancto & Vero, qui plenus fiduciâ & zelo animarum servat
verbum ac propagat: servabit illum Deus suus, & aperiet ei ostium conver-
fionis multorum: eritque inter columnas Ecclesiæ nominatissimas. ita tamen
si etiam ipse teneat conſtanter quod habet, ut nemo accipiat coronam ejus.

TRACTATUS VI.

IN EPISTOLAM VII. ET IN COLLECTANEA HO-
RUM DUORUM CAPITUM.

VERBA APOCALYPSEOS.

(Versu 14.) Et Angelo LAODICIAE Ecclesiæ scribe: Hac dicit:
, Amen, testis fidelis, & verus, qui est principium creaturæ Dei. (v. 15.)
, Scio opera tua, quia neque frigidus es, neque calidus: utinam frigidus
, effes, aut calidus: (v. 16.) sed quia tepidus es, & nec frigidus, nec calidus,
, incipiam te evomere ex ore meo. (v. 17.) quia dicis: Quod dives sum,
, & locupletatus, & nullius ego: & nescis quia tu es miser, & miserabilis,
, & pauper, & cæcus, & nudus. (v. 18.) Suadeo tibi emere à me aurum
, ignitum probatum, ut locuples sis, & vestimentis albis, induaris, &
, non appareat confusio nuditatis tuae, & collyrio inunge oculos tuos, ut vi-
, deas.

deas. (v. 19.) Ego quos amo, arguo, & castigo. Aemulare ergo, & pænitentiam age. (v. 20.) Ecce sto ad ostium, & pulso: si quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi januam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. (v. 21.) Qui vicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut & ego vici, & sedic cum Patre meo in throno ejus. (v. 22.) Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat Ecclesiis.

§. I.

Epistola septima.

Paraphrasis
Epistolæ
septimæ.

Pars pri-
ma.

Pars se-
cunda.

1. **A**D Episcopum qui est de postremo genere Episcoporū: Exordium. HÆC DICIT AMEN, TESTIS FIDELIS ET VERUS, QUI EST PRINCIPIUM CREATURÆ DEI. quasi dicat: Hæc dicit Amen, id est is, qui est Veritas, & contestis ipsemet veritatis fidelissimus usque ad mortem, auctor renovationis spiritualis & principium omnis novæ creaturæ quæ sit inter electas Dei.

2. *Narratio.* Annuntio tibi OPERA TUA & teponem, cùm sis adscitus inter Spiritu ferventes (Rom. 12, v. 11.) cui optabilius esset frigore prorsus, id est sentire quod es manifeste impius; fortassis enim per antiperistassum accenderetur in te scintilla reliqua fidei, & gratia mea excitareris ad calorem: jam vero sicut aqua tepida creat ori humano, sicut mihi naufragium, vobitum, & horrorem. Jamque in statu es desperatiore: nam, ut per servum meum S. Gregorium scribam olim parte tertia curæ Pastoral. cap. 1. admonit. 35. sicut ante teponem frigus sub spe est

(qui adhuc, ait Gregorius, in peccatis est. conversionis fiduciam non amisit:) ita post frigus tepon in desperatione. Quo in statu, quid palpatे quasi aliter LOCUPLETATUM & felicem. nescius triduplicis miseria tuæ (S. Greg. 34. mor. cap. 3.) PAUPER enim es qui non comparas tibi veras divitias, quod est divitiae fieri in bonis operibus, 1. Tim. 6. v. 18. ET CÆCUS, quia nec istud quidē agnoscis: ET turpiter NUDUS atq; expositus confusioni pro die Judicij & æternitate, quia non habes vestem nuptialem, nedum Episcopalem, tu qui intrasti ut discumbas inter Episcopos! MISER tibimet, com-MISERABILIS autem mihi! SUADEO adversus paupertatem tuam, ut emas A ME AURUM Sapientiae & initium ejus Timorem Domini qui sit probatissimus tanquam IGNIS. age, absque argento tuo & absq; ulla commutatione digna Isai. 55. v. 1. sed tamen eme; pretio quod tibi assigno meritorum meorum (negue enim pretium, ait S. Ambr. l. de Joseph Patriarcha, quæsivit à nobis, qui pro nobis pretium sanguinis,

E 2 nns,